

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 26: De honestate vite (11)

Unde Seneca:

Miscebis interdum seriis iocos sed temperatos et sine detrimento dignationis verecundie.
Reprehensibilis est si immoderatus est risus, si pueriliter effusus, si muliebriter fractus.
Odibiles quoque homines facit risus.

Miscebis interdum seriis iocos sed temperatos et sine detrimento dignitatis ac verecundie.
Nam reprehensibilis risus est, si immodicus, si pueriliter effusus, si muliebriter fractus.
Odibilem quoque hominem facit risus
aut superbus et clarus aut malignus et furtivus aut alienis malis evocatus.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4 (C.W. Barlow ed., p.243, ll.25-29).

Fauces tue sine dente sint et require supra.

Caveant autem qui honestam cupiunt habere vitam, ne consortio malorum se iungant,
quia honestatem custodire non poterint cum inhonestis.

[fons nondum repertus]